

nio, liquirit. china, rasura ligni sassafras, hyssopo, Marrub. Tusfilagine, Veronica, sem. anis. foenic. passulis minoribus, manna, Lap. 69. &c. parantur. Huc pertinet aqua aschmat. Rudolphi, hyssop. Ess. Helen. Sirup. de erysimo Lob. Looch de farfara, extract. helen &c.

XVII.

Contra, ubi materia tenuis & salsa est, ibi temperatioribus, & incrassantibus, communiter ita dictis, & absorbentibus atque demulcentibus magis utimur. Talia sunt omnia, quæ ex papavere, croco herb. Tusfilag. Veronic. scabios. pulmonar. semine papav. &c. conficiuntur; quo & dulcia ipsa sunt referenda, quæ, quia spicula lymphæ acrioris cohibent, inter pectoralia locum inveniunt, parcius tamen, & imprimis ubi febres conjungantur, sunt administranda. Hinc etiam conserva rosar. costæ, Veronic. cum, Spec. diatrag. fr. Trochisc. becchicis de carabe, quandoque locum habent, quibus bolus armena, terra figillata lemnia succinum lap. 69. interdum sunt admiscenda. Succinata tamen, ut & ex Glyzyrh. parata, fere in omnibus catarrhis, ad pectus labentibus, atque tusi, tam a materia crassa, quam a tenui conveniunt. Ipsa etiam opiata, cum reliquis pectoralibus, hic commode miscentur, imo, ubi malum est rebelle, nunquam fere in totum